



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

executa est, ut paucis annis Abbatiam Eccle-
 siamque maximis impendijs DEO Divisque ere-
 xerit. Templo numeris suis absoluto ritûq; Eccle-
 siæ sacrate, mox totâ mente Deum sibi ante ocu-
 los statuens omnes actiones suas illius potissi-
 mum ad laudem & gloriam mirificè composu-
 it Relictis purpuratis, pauperum ferè confortio
 gavisa, eos copiosè & frequenter pascens, & sub-
 ditas sibi Virgines doctrinâ exemplôque trahens
 DEO tandem ac meritis plenâ plurimis gra-
 uissimisque perfuncta laboribus, in senectute
 bonâ in templo à se in Monte ædificato quies-
 cit, donec in decretoriâ illâ die transmigret in
montem sanctum DEI. Annal. Patrie.

V.

HERFORDIA RAVENSBERGII Caput, sed Aca-
 tholica, tenui Religione veneratur S. OS-
 WALDVM Regem, cuius sacros Artus in eam Sa-
 xonia plagam magnis honoribus, festâ Civita-
 tis & omnium Ordinum gratulatione ac vere-
 ratione transtulit GVALTERVS Comes & Funda-
 tor Herfordiensis, qui ultimus eius Orbis Comes CA-
 ROLO MAGNO SAXONVM Domitore, & WI-
 TIKINDO Christum amplexo consentientibus, fer-

vore novi Christianismi motus, *Collegium Generosarum & nobilium Virginum* constituit: cui prope Urbem ad mœnia aliud *Divo GERVASIO sacrum* erexit, cuius exemplo anno 820. *CORBEIENSE & SCHILDESINVM* prope *Bilefeldiam* à nobilibus quoque Vestalibus inhabitatum: & ipsâ in Vrbe insignis Collegiata, ac in *NEAPOLI* eius *R. R. Patrum Recollectorum* claustrum solum ex integro Catholicum fideique propugnaculum erectum est, quorum sanctis laboribus, religionique labanti ut porrò benignissimâ intercessione *S. OSWALDI* aspiret Dominus, vnicè implorandus. *Consule Ann. Pat.*

VI.

IN *MONTIVM Ducatu* ad *BENSBERGAM Arcem* in pago *Slebus B. GEZZELINI Anachoretæ*, cuius ibidem *Memoria & Fons* eius precibus è terra datus, qui in sacello à perillustri *Domino Henrico Barone de Reuschenberg Teutonici Ordinis Commend. &c.* erecto, frequenti peregrinorum confluxu inuisitur plurimis medicus & salutaris. *Fast. Gelen. Mart. Canisij.*

VII.

IN *Sacrario Aulae Neoburgensis Festum S. DIGNÆ*
famulæ